



Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

XXX. Ioan. Trithe. Ab. Spanhemen. Ioanni Capellerio mathematico S.

urn:nbn:de:0128-1-17336

ucere in uxorem.
bonam, tibi vehementer conge-
persuadere possis. Reliquum est, ut in-
habentes sint, quia prateri figura hinc
nos anno priore gesta sunt in Repub-
breuiter ut poterimus, in quibus
cium aestimauimus. Anno Christi-
ingentesimo quarto, in mensibus
Rege nostro conspirantes adueni-
n, & Romani Electorem impetru-
cui, quam in Bauria bella gesserit
arte Rheni, quicquid sub ditare sit
edam cessit, qui nulli parcentoribus
in circuitu ignibus consumpserunt.
ores, & pene omnes, de quibus conuen-
erunt, aut Hassonum incensa penitus
nuimus incommoda, quibus in vlti-
um illud insigne Lymburg, in quo ta-
mensis Augusti anni praescripti in-
combustum est & penitus delolatum.
diuum, exeuntibus quotidie miranda
meret ignem supponentibus. Ecclesia
picturis funditus exusta est. Et ter-
ous structuris eo incendio in frustum
ansit. Abbas hic in Colonia est, quod
dum obtinuit quicquam. Monachi
opiam dispersi sunt. Rogerius uoluit
uius monasterium manere integrum,
i quoque coenobii fratres, exco-
acti, quosdam etiam pellicente inopia
monasteria milimus, ut quod in ho-
uor hominum impiorum, quem pro-
genitoris mei partibus necelario adho-
am fiant, ipse mihi erit adiutor, & non
nia 24. die mensis Iulii Anno 1505.

MINO ET MAIORI SPO. 10-11
risti famula Richmodi de Hues,
heo ministra inutilis, cum ora-
in precatur
ende, gratiam multorum habere
olonienfis, quod etiam dia aucto-
plicatione precor vna cum sanctis
um filiarum tuarum, quas ab eo
portabili iugo Comitum premium
ucimur paupertatem. Duodecim
re solum curram patri eius cum equo
atem ad eius imperium, bis aut
atur equis ad seruendum cepi. Et
ilium nostram carcerem inuicem
uerentiam custodit, sed in comba-
um alijs diebus indifferenter homi-
nica Ascensionis, Pentecostes quoque
ibus unq; operarios semper habebit

muris. Nouit paternitas tua nostram paupertatem, & nimis exilem fore substantiam tem-
poralem, qua tantam personarum Deo famulantium multitudinem diutius alienis gra-
uata seruitiis enutrire nequaquam sufficimus, nisi de remedio nobis fuerit prouisum. Ro-
gamus ergo flexis in terram genibus omnes, ut si tua videatur paternitati consultum, ad
Archiepiscopum Coloniensem pro nobis loquaris uerbum aliquod bonum, & in utilita-
tem nostram conducibile, quatenus ipse pro nobis ad Comitem interueniat, suaque in-
tercessione tam graue iugum Pharaonis a nostris ceruicibus soluere, vel mitigare saltem
aliquatenus procuret. Mitto cum harum baiulo literarum procuratorium in causa mea
cum fratre, sicuti mihi praecipisti. Tu precor caetera sic ordinare uelis, ut paterna mea ha-
reditate non priuer penitus. Vale feliciter. Data ex Sebach, Anno 1505, Iulii mensis die 24.

XXIX.

IOANNES TRIT. ABBAS SPAN. ROGERIO SYCAMBRO
fratri dilecti.

DIe mensis Iulii huius 18. mane circa decimam horam Serenissimus Monarcha no-
ster Maximilianus Romanorum Rex Coloniae armatus exiit cum principibus
multis, in tuos expeditionem acturus Sycambros. Nauigio per Rhenum descenderunt ar-
mati omnes, aciem uersus Arnhom Gelensium tuorum oppidum in primis dirigentes, quod
regius iamdudum exercitus dura obsidione vallauerat. Erant autem qui cum Rege nauibus
descenderant isti principes cum ministerialibus suis, Ioachim Brandenburgensium Mar-
chio princeps meus Elector. Fridericus Marchio patruus eius qui moratur in Anholtz-
bach. Lodouicus primogenitus Philippi Comitis Palatini Bauariaeque ducis, Principis no-
stri electoris. Fridericus Saxonum dux Princeps Elector. Ioannes frater eius Saxoniae dux.
Georgius dux Saxoniae. Item dux Magnopolitanus. Dux Brunswicensis. Dux Luneburgen-
sis. Dux Iuliacensis. Comes Hassonum, & multi alii principes, duces & comites, quorum
non obseruauimus nomina. Venientes ad Arnhom * statim oppidani se regi tradiderunt, per-
culsique metu Sycambri omnes in deditioem Regi Maximiliano iurauerunt. Sed & dux
ipse Gelensium conditiones regias acceptauit, & reddita est pax in terra hominibus diu-
tius interrupta. Die uero Iulii 28. reuersus ad Coloniae Rex uia cum principibus, eodem
quo exierat ordine & apparatu intrauit. Postera die omnes per totam Coloniae pulsaba-
tur campana in multam horam, pacis & concordiae congratulationis causa. Haec sunt eu-
tuis acta Sycambri, quorum te nolui latere seriem. Sunt autem complures qui non cre-
dant seruatiuros Regi promissa Sycambros, propterea quod sit gens facile iuramenta con-
temnens, & semper ad noua promptula nimis. Inter Archiepiscopum uero & ciues Colo-
nienfes, adhuc non constat aliqua concordia facta, quamuis pluries fuerit tentata. Haec
sunt Rogeri quae hac uice nobis scribenda uidebantur. Nos etiam propediem literas ipsas
Neometim subsequemur. Vale & ora pro nobis. E Colonia 29. die mensis Iulii Anno
Christianorum 1505.

XXX.

IOAN. TRITHE. AB. SPANHEMEN. IOANNI CAPELLE
rio mathematico S.

DIes iam instant mei a Colonia recessus, quo circa si venire ad nos piget, vale. Hodie
mane serenissimus princeps meus Ioachim Marchio Brandenburgensium Colo-
niae exiit, per Westphaliam & Saxoniam reuersurus in sua. Quem ego post triduum subse-
cuturus sum expeditis prius in Cancellaria regia quibusdam literis & negotiis personam
meam concernentibus. Rogamus itaque si fieri potest, ut priusquam hinc abeamus, ad
huc semel nos inuisis, quatenus nos mutuo ualedicere in charitate fraterna possim, ma-
xime cum sciamus minime, an deinceps unquam nos mutuo uidebimus in carnali uisione.
Sum enim iturus in Marchiam Brandenburgensium, incertus omnino de reditu, propterea
vel maxime, quod contumeliis & uulorum grauius nimium offensus redire ad Spanheim non
facile me sciam posse persuaderi: quamuis si uelle in promptu essent complures, qui has contu-
melias in signi uindicta uindicarent. Ego uero mihi dudum persuasi praecipis obediendi
dominici, & iniurias non esse uindicandas: quin illud Apostolis dictum a Domino Iesu
potius imitabor: *si uos in una ciuitate persecuti fuerint, fugite in aliam.* Maior enim cura nobis
habenda est de anima quam de corpore, secundum quam ad imaginem Dei facti sumus. Dicit namque
S. Ioannes Episcopus: *Si animam negligamus, nec corpus saluare poterimus.* Non enim anima
est quam

* Arnheim.

Matth. 10.
Anima pluri-
us facienda
est quam
corpus.

pro corpore, sed corpus pro anima factum est. Qui ergo quod primum est negligit, & quod inferius est tollit, vtrumque corrumpit. Qui vero ordinem seruat, & quod primum est colit, etiamsi negligat quod secundum est, tamen per primi salutem seruabitur & secundum. Curandum ergo nobis vt animam habeamus sanam, pulchram & incolumem potius quā corpus. Pulchritudinis autem in facie specimē relucet, à qua totum in dicare hominē consueuimus. Anima vero facies conscientia est. Sicut ergo in conspectu hominum gratiosa est facies pulchra, sic in oculis Dei speciosa est conscientia munda. Valet enim interdum homini pro salute animæ mutatio loci, vt facies quæ nescientibus ex familiaritate nō placuit, in alio loco ex nouitate pulchrior euadat. Plerumque enim cum mutatur locus, mutatur & mentis affectus. Et quanquam propria me culpa non moueat mutare locum, sed inuidia potius aliena, cedo tamen eo libentius quo minus alicui sum affixus loco. Scio enim vbiq; terrarum regnare vnum Dominum, sub cuius militabo imperio vbicunq; fuero. Epistolam nostram amice collaudas, quam tibi ante dies ferme duodecim misim⁹, eamque miris volens ornare præconiis, oraculo de lapidē Apollinis asseuerasti. Intelligimus te verbo quidem gentili nostrum voluisse denotare Iesum, qui solus cum Patre & S. spiritu cælo præsidet alto, cuius tam est immensa dignitas, & incomprehensibilis maiestas, vt nihil ei queat ex omnibus comparari. Caue deinceps, ô Capellarie noster amice, precamur, ne huic summæ & inaccessibili maiestati nomen aliud tribuas, quam dare Christiana religio consueuit. Valde namque putamus indignum, polluta Idolorum nomina, quæ Dei non fuerunt, summo attribuere Deo, & spurcissimis gentilium vocabulis diuinam compellare substantiam. Nusquam reperies in tota serie scripturarum, verum Deum quem colimus & adoramus falorum sibi nomina desumpsisse Deorum, seque Iouem aut Apollinem, aut caterarum quicquam appellasse vanitatum. Non defunt nobis honestissima sanctissimaque in scripturis sacris vocabula, quibus innominabilem illam, & superdiuinam cum sobrietate possumus vocibus denotare maiestatem. Non est opus, neque licet, neque conuenit, nominibus dæmonum falorumque Deorum vocabulis, veram inter nos creatoris vniuersorum exprimere diuinitatem. Si recte scripsimus, si dignam laudibus epistolam misimus, verus Deus contulit, non Apollo; Iesus Christus dedit, & non aliunde venit. Scripsimus à veritate illuminati vera, quibus auocare mentem tuam cupimus à terrenis, caducis atque transitorijs, vt ad veram te philosophiam conseras, quæ maxime decet nos Christianos, per quam solam peruenire poterimus ad æternam beatitudinis felicitatem, quæ est summum bonum & vltimus finis creaturæ rationalis. Quicquid enim in mundo cernimus corruptibile est, quicquid habemus transitoriū est, corpus quoq; ipsum quod viuimus mortale, sola mens nostra qua viuimus est immortalis. Dixit enim quondam Cenomanensis episcopus:

*Cuncta sub ancipiti pendunt mortalia casu,
Et spondent propria mobilitate fugam.
Quicquid habes hodie, cras te fortasse relinquet,
Aut modo dum loqueris, desinit esse tuum.*

Denique omnes morimur, sacra testante scripturâ, & quasi aqua in terram delabimur, quæ amplius non reuertitur. Vnus enim introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. Memores ergo nos semper esse conuenit, quoniam statutum est hominibus mori semel: & quia mors non tardat, sed quando putatur minime, tunc in foribus adstat. Propterea Dominus noster Iesus Christus volens nos ad mortem semper esse paratos in sancto Evangelio præcipit dicens: *Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.* In eo nobis statu viuendum est semper, in quo mori optamus: quoniam mala mors putanda nō est, quam bona vita præcessit. Neque enim facit malam mortem quod sequitur mortem, sed vita mala quæ mortem præcessit ipsam facit malam. Non itaque multum nobis curandum est alioquin necessitate morituris, quid accidat vt moriamur, sed hoc ante omnia curandum potius, vt sic vita ordinetur in operibus bonis virtutum decorata ornata, quæ mortem non sinat esse malam. Quamuis mors non possit esse mala, quæ nihil est aliud q̄ relictio corporis, depositio farcinæ grauis, & de labore ad requiem via. Male autem mori nunq̄ poterit, qui bene vixit in charitate Domini radicans, etiamsi ab hominibus aliud de illo fuerit iudicatum. Est autem mors triplex. Naturæ videlicet, de qua dixit sanctus Christophilus: *Statutum est hominibus semel mori.* Et hæc mors non est metuenda fortibus, desideranda potius in Christi philosophia sapientibus, & miseris expectanda. De qua illud egregie dictum: *Θάνατος μὲν ὅτι τέλος τινός τῆς σκοτεινῆς εἰρητῆς τῆς μάστιγος ἡσυχίας ἐξέχουσι; ἀλλ' οὐδὲ λυσιπ, ὅτι ἐν τοῦ σώματος ἀναστροφῆς προτιμῶν ἡ ἀθανάτου. Θάνατος μὲν ἡδ, ἀκαταρπακτικὸς θάνατος οὐκ ἐπιδοῦναι οὐδὲν ἄλλο εἶμι ἢ τέλος πάντων ἐν θάδε κακῶν.* Mors, inquit, est finis cuiusdam tenebrosi carceris, maxime animis ex-

Deo non sunt tribuenda impia Deorum gentilium appellationes.

Matthai 24. Mortem esse malam.

Mors est triplex. Hebræo. 9.

Tribhen

*Opera
Historia*

mis excellentibus. Alii autem tristitia, quorum in voluptate cura eorum nunc omnis. Evademus enim immortales. Nam mors (sicut omnes affirmant philosophantes) nihil est aliud nisi finis omnium hic malorum. Secunda est mors culpa, de qua scriptum est: Anima que peccaverit, ipsa morietur. Et iterum: Mors peccatorum pessima, quorum et natiuitas mala, et vita peior secuta est. Hanc mortem o quibus timemus, quae non solum corpus interimit, sed animam aeternis doloribus transmittit. Tertia vero mors est gratiae salutaris, quae secularium interitum auferit voluptatum, in qua non natura sed delicta moriuntur. Haec est mors salutaris, qua in Christo baptizati renascimur, & cum ipso gratiose in domino sepelimur. Mors igitur prima cunctis est sapientibus contemnenda, secunda omnibus est mortalibus detestanda, tertia vniuersis est Christianis maxime exoptanda. Illi ergo miseri sunt, & merito deplorandi, qui morte moriuntur secunda, quos in infernis ex hac vita recipit in aeternum cruciandos, non illi quos aula coelestis in perpetuum suscipit laetificandos. Preciosa enim in conspectu Domini mors sanctorum eius. Et vere preciosa, per quam & laborum finis optatus aderit, daturque victoria conseruatio, & aperitur ianua vitae & perfectae securitatis ingressio conceditur. Mortis autem qualitas ex vita merito dependet, & sicut ipsa vita bona est si cum virtute viuatur, mala si cum scelere, sic & mors ex praeteritis vitae actibus ponderanda. Ita fit, vt si vita in Dei amore & cognitione veritatis transacta sit, mors mala esse non possit, quia translatio est ad immortalitatem. Si aliter vita extitit, malam esse mortem necesse sit, quoniam ad aeterna supplicia transmittit. Mors timenda cunctis qui in lege domini non sapienter ambulantes, terrena coelestibus, & caduca praetulerunt aeternis. O miseri nos, o infelices, quid necessario faciemus morituri, qui propterea maxime mortem exoptauimus communem, quia malorum nobis conscii timemus iudicis sententiam quam offendimus. Omnibus enim vita in terra ducentibus necesse est mori. Sed nunc tu, vel sero tandem cogitantes nos propiciam morituros, vitam emendemus, ita mortem timentes, vt prius quam veniat peccatis moriamur. Non enim timebimus mortem carnis, si mortificationis vitis in amore Dei vixerimus per sanctae opera pietatis. Quis nam mortem metuat temporalem, cui pro iustitiae merito vita aeterna promittitur? Mortis tamen nostrae ad finem urgentis vitam nunquam debemus obliuisci, quoniam qui se quotidie recordatur ex necessitate moriturum, facile contemnit praesentia, & in futurorum speculationem affertur. Vana enim sunt omnia quae in mundo cernimus, & nihil eorum nobiscum morituri possumus auferre: nec aliter exhibimus mundum istum quam intrauimus, nudi, pauperes, egeni, nihilominus possidentes, praeter id solum quod in carne gessimus, siue bonum sit siue malum, dicente ad Ioannem *χριστινον* Dei nuncio: *Scribe, beati mortui qui in Domino moriuntur, quoniam opera eorum sequuntur illos. A modo iam dicit Spiritus, vt requiescant a laboribus suis.* Cauemus amice ne peiores moriamur quam nati sumus, ne peccatis & sceleribus operati & deprauati mundum egrediamur, qui sine actuali peccato intrauimus. *διὰ τὸ ἐμὲ γάρ κενὸν ἐστὶν ἄνευ ἁμαρτίας. Ἐπιτρέψω μὲν ἕως τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ ἄρα τὴν διὰ λυμὴν ἀφ' ἧς καθεστὼρ ἡμῶν χρεῖται ἡμαρτίας, ἀρτίως μὲν τὰς καρδίας ἡμῶν οἱ δὲ ἄλλοι, τὰ μὲν ἁμαρτίας καὶ τὸ ἄνευ ἁμαρτίας ἡμῶν. Παύσημιθα ἡμῶν τὸ ἐμὲ ἡμῶν, καὶ τὰ μὲν ἁμαρτίας καὶ τὸ ἄνευ ἁμαρτίας ἡμῶν. Ἐπιτρέψω μὲν ἕως τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ ἄρα τὴν διὰ λυμὴν ἀφ' ἧς καθεστὼρ ἡμῶν χρεῖται ἡμαρτίας, ἀρτίως μὲν τὰς καρδίας ἡμῶν οἱ δὲ ἄλλοι, τὰ μὲν ἁμαρτίας καὶ τὸ ἄνευ ἁμαρτίας ἡμῶν. Παύσημιθα ἡμῶν τὸ ἐμὲ ἡμῶν, καὶ τὰ μὲν ἁμαρτίας καὶ τὸ ἄνευ ἁμαρτίας ἡμῶν.*

40 *ταῖς ἀσθενείαις αὐτῶν, ἀρτίως μὲν ἕως τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ ἄρα τὴν διὰ λυμὴν ἀφ' ἧς καθεστὼρ ἡμῶν χρεῖται ἡμαρτίας, ἀρτίως μὲν τὰς καρδίας ἡμῶν οἱ δὲ ἄλλοι, τὰ μὲν ἁμαρτίας καὶ τὸ ἄνευ ἁμαρτίας ἡμῶν. Παύσημιθα ἡμῶν τὸ ἐμὲ ἡμῶν, καὶ τὰ μὲν ἁμαρτίας καὶ τὸ ἄνευ ἁμαρτίας ἡμῶν.*

50 *οἱ δὲ ἄλλοι, τὰ μὲν ἁμαρτίας καὶ τὸ ἄνευ ἁμαρτίας ἡμῶν. Παύσημιθα ἡμῶν τὸ ἐμὲ ἡμῶν, καὶ τὰ μὲν ἁμαρτίας καὶ τὸ ἄνευ ἁμαρτίας ἡμῶν.*

Psalm.

Proca. 14.

Maximus abbas.

pturá, & quasi aqua in terram decub...
 oitus est omnibus ad vitam. & fami...
 oniam statum est hominibus mor...
 minime, tunc in foribus actat. Pro...
 d mortem semper esse paratam. Pro...
 a hora Dominus cesserat uenire. Pro...
 mus: quoniam mala mors punitio n...
 lam mortem quod sequitur mortem...
 am. Non itaque multum nobis met...
 at vt moriamur, sed hoc ante omni...
 onis virtutum decorata ornata, om...
 n possit esse mala, quae nihil est ali...
 ore ad requiem via. Male autem m...
 dicatus, etiam si ab hominibus uide...
 ae videlicet, de qua dixit sanctus...
 ors non est metuenda forma, sed...
 miseris expectanda. De qua illud...
 is cuiusdam senecrophi carseri...

Quotidie senescentes morimur, quotidie vna pars vitae nostrae non parua horarum quatuor & viginti nobis non aduentibus minuitur, & vitam nobis diurnam pollicemur. Sicuti homines in nauigando siue stent siue sedeant, iaccantue, siue dormiant, siue vigilant, seu aliud quodcumque faciant, dum in nauis pergere non cessat paulatim &

quasi non sentientes cum naui ducuntur ad terminum quo fuerat nauigandum: ita & nos ò philiberte, siue vigilantes siue dormientes, siue iacentes siue ambulantes, siue denique volentes, per momenta temporu singula quotidie ad finem ducimur nõ cogitantes. Spes nobis pollicemur inanes & deceptione plenas, cū viuere in annos plurimos, necessario tamen aliquando morituri, cogitamus. Quid enim si multo vixerimus tēpore, necessario tamen aliquando moriemur? Inter eum qui triginta vixerit annos, & illum qui centum, postquam idē finis viuendi aduenerit irrefragabilis mortis, dic mihi ò Philobie, cuius meliorem credis esse conditionem? Ambo nati fuerunt ambo vixerunt, licet non paribus annis, ambo mortui sunt. An non legisti senarium Menandri dicentis:

ὁ γὰρ φίλος βίησ' ἴσθαι θνήσκει νός.

Quem enim diligit Deus, moritur iuuenis.

Mors hominum salix (Boetius ait) que se nec dulcibus annis

Inferit, & mastris sepe vocata venit.

Duo sunt quæ mortē in senibus frequenter reddunt excessū iuuenum infeliciorem.

*Duo sunt
qua mortē
in senibus
faciunt acerrimam.*

Alterum est q̄ moriens senex grauiore peccatorum onere proficiscitur: iuuenis vero tãto minus peccare potuit, quãto breuiori tempore vixit. Nam, vt Seneca dicit, inquietam nobis vitam facimus metu mortis, & tanta est hominum dementia, vt quodam timore mortis cogantur ad mortē. Nihil ergo refert quo tempore moriamur, sed summo opere curandum est, vt bene mori contingat. Bene autem moriemur si bene vixerimus, non secundū carnem ambulantes, sed secundum spiritum. Dicit enim sanctus Apostolus: *Προσπατε ἀσπασατοῦ σώματος, καὶ ἐπιθυμίας σαρκὸς ἐν ἡμῖν τὸ ἄσπαστον.* Spiritu ambulemus, & desideria carnis non persequemur. Quocirca deseramus omnia quæ in mundo sunt, nihil plulquam ad sustentationē corporis necessarium est, & hoc ipsum vix extremum quærētes, vt liberi & expediti finem nostrū quotidie imminentem expectare valeamus. Tacitis enim senescimus annis, & nobis etiã crescentibus vita paulatim decrescit. Infantiam amifimus, deinde pueritiã, deinde perit et̄ adolescentia. Iuuentus quoq; velociter transiit, & quicquid tran sit vitæ nostræ temporum perit, nec reuocari pot̄. Quod reliquū est temporis, nec vlla certitudo est, nec subsistendi momentum, quin & hunc ipsum quē agimus diem cum morte diuidimus. Ad quid ergo homines, cū se nõ ignorent esse mortales, tãtopere colligendis perituris diuitis incubunt, quas morientes auferre secū non posse sciunt? Natura paucis pot̄ esse contenta, quia mediū diligēs horret extrema, sicut pulchre prudenterq; in carmine grac̄ Pallades dixit:

ἢ μέσους γὰρ ἀεισσοῦ, ἢ τῶν τε μέγ' ἀπὸ πείρας

Κινδύνοισιν ἀγνοῦν, ἢ χαλεπὸν ἰβέρον ἔχουσι.

Mediocritas enim optimum quid, quoniam summa quidem apta sunt pericula inducere, extrema vero contumeliam habent. Eruamus ergo mentes nostras à cunctis mundi cupiditatibus, & deseramus viam perditionis & fraudis, vt quanto iam annis in senectutem vergentibus appropinquare cernimus illum diem, quo sit necessario ex hac vita migrandū, cogitamus q̄ puri discedamus, q̄ innocentes ad iudicium veniamus. Nec imitemur illos qui scelerib⁹ assueti, iam deficiētib⁹ corporis viribus, cum se hinc breui transiuros recordari debuissent, grauioribus se peccatis immergunt, vt qui in iuuentute fuerant lasciuī, senes iam non immerito dicantur furiosi. Excutiat à se omnem colligationē mundi, carnis & diaboli v. nusquisq; dum sibi licet, dum adest facultas, seq; ad Deum tota mente conuertat, vt illum diem securus valeat expectare, in quo vitam exuer præsentem, & aliam assumet. Ante senectutem curet vt bene viuat: In senectute vt bene moriatur. Vale semper de sine sollicitus. Ex Colonia 31. die Iulii mensis. Anno 1505.

XXXI.

IOANNES TRIT. ABBAS SPAN. ROGERIO
Sycambro S.

SCIAS velim Rogeri charissime, Serenissimū principē Ioachim Brandenburgensium Marchionē precibus obtinuisse à Clarissimo principe nostro Philippo Comite Palatino, me cōsentiente, vt eum sequar in Marchiã aliquanto ibidē tēpore mansurus. Ab annis enim quatuor desiderū nostri habens, creberrimis me literis & nuntiis sollicitauit, cupiēs me in suo regno secum aliquandiu habere. Princeps namque iuuenis est, annum ætatis ægens vicissimum secundū, literis competenter institutus, ingenio multum valens, & qui maximum ad studiū literarum habeat affectum. Hactenus autem fieri commode non potuit, vt me tanto absentarem tempore à monasterio meo, sed nunc æmulorum inuidia causam dedit, qua me non minus hilariter q̄ libenter absentare quantūlibet possum ire in

Trithe...

Opera
Historia